

Tract. iiii. prime partis

datur in baptismo. Sciendum autem q̄ ista non sunt de esse
tia baptismi. quia sine ipsis bene potest dari baptismus in
casu necessitatis. Sed in tali casu si baptizatus superuixerit
debet portari ad ecclesiam. ⁊ ibidem cathecizari ⁊ exorcizari
propter ritum ecclesie seruandum. Non autem debet bap-
tizari itez si sit certū q̄ sit recte baptizatus. si autē non sit certū
debet baptizari sub ista forma. Si tu es baptizatus ego non
te rebaptizo. sed si tu non es baptizatus ego te baptizo in no-
mine patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. amen. Et hec sufficiat bre-
uiter de baptismo.

Tractatus tertius prime par- tis de confirmatione. Et habet septem capitula.

Quia spirituales genera-
tionem sequitur augmentum spirituale. iō post
q̄s de spiritali generatiōe (que fit in baptismo)
dictum est. restat dicere de spiritali augmento
quod fit in confirmatione. Circa quā cōsideranda sunt septē
p̄rio quid est confirmatio. Secōdo de materia confirmationis.
Tercio de eius forma. Quarto de eius ministro. Quinto de
susciptentibus confirmationem. Sexto de eius ritu. Septi-
mo de eius effectu.

Quid est Confirmatio. Caplin. i.

Confirmatio potest sic definiri. Confirmatio est con-
signatio facta cum crismate in fronte baptizati ab epi-
scopo. cum certa forma verborum ad audacter confi-
tendum nomen Christi.

De materia confirmationis. Cap. ii.

Materia sacramenti confirmationis vt potest patere
ex dicta definitione est crisma. in quo crismate sunt
duo. scz oleuz oliuaz ⁊ balsam⁹. Et rō quare ista duo
sunt materia huius sacramenti est institutio christi qui insti-
tuit ista duo esse materiā hui⁹ sacramēti. licz em̄ nō inueniat̄
in euangelijs q̄ christus istud sacramentū instituerit. tñ bea-
tus Petrus qui fuit vicarius christi ⁊ pastor ⁊ rector vniuers⁹

De confirmatione

salis ecclesie docuit promulgauit et predicauit christum in-
stituisse. Et licet ista promulgatio non inueniatur in canonicis. i. in
epistolis beati Petri. tamen dominus papa habet in decretis romane
ecclesie. et potest haberi ex obseruantia primeua totius ecclesie uni-
uersalis a tempore beati Petri apostoli usque nunc. que quidem ob-
seruantia preeminet auctoritati cuiuscumque cum uniuersalis
ecclesia regatur a spiritu sancto et errare non possit. Et si queratur
quare euangeliste in euangelis non posuerunt materias et for-
mas sacrorum. Ad hoc respondet beatus Dionysius in libro de cele-
sti hierarchia dicens. quod euangeliste uoluerunt hoc facere ne ma-
terie et forme sacramentorum uenirent in derisionem infidelium. quod
sicut quod dicit saluator. margarite non sunt ponende ante por-
cos. Secus autem est de baptismo. quia baptismus est sacramen-
tum maxime necessitatis. quia sine baptismo nemo potest sal-
uari. Idcirco oportuit quod forma eius esset omnibus communis
et manifesta. Idcirco euangeliste posuerunt eam expresse in euan-
gelis. Assignat autem a doctoribus talis ratio quare crisma est propria
materia huius sacramenti. quod in crismate dicitur sunt duo
scilicet oleum oliuay et balsamus. et proprietates maxime istorum conueni-
unt huic sacramento. quod oleum oliuay est nutrimentum splen-
doris. et ideo ponitur in lampade. ut lumen possit ibi durare.
Et idcirco oleum est signum maioris noticie luminis fidei
quam debet habere pre alijs confirmatus. quia ipse tenetur
se expresse obijcere persecutoribus fidei et confiteri fidem. etiam
absque hoc quod requiratur. Unde de confirmatione dicit in psalmo Inueni
dauid seruum meum. in baptismi susceptione. oleo sancto meo
unxi eum. in confirmatione. manus enim mea auxiliabitur ei
in fidei persecutione. Balsamus autem ratione sue fragrantie
significat odorem bone fame et opinionis que debet esse in con-
firmato. Unde in Ecclesiastico. xxviii. c. Sic cinamomum et bal-
samum aromatizans odorem dedit. Arguunt ergo doctores
sic. Illud est propria materia sacramenti cuius proprietates
maxime conueniunt effectui ipsius sacramenti. sed pro-
prietates olei et balsami maxime conueniunt effectui sacra-
menti confirmationis. Sciendum autem quod ista oportet
primo esse sanctificata seu benedicta ab episcopo antequam

Tract. iiii. prime partis

sunt propria materia huius sacramenti. Et ratio assignatur a venerabili doctore sancto Thoma de aquino in quarto suo. Quia in illis sacramentis que christus recepit in corpore suo non requiritur sanctificatio materie eorum. quia ipse tactu sui sanctissimi corporis sanctificauit ea. Et ideo quia christus fuit baptizatus non requiritur de necessitate sacramenti quod aqua prius benedicatur antequam sit materia baptismi. quod ut dicit Beda. christus sue mundissime carnis tactu vinum regeneratiua contulit aquis. Quia etiam christus suscepit sacramentum eucharistie in seipso. non requiritur quod prius panis et vinum benedicatur antequam sint materia sacramenti eucharistie. Sed in illis sacramentis que christus non suscepit in semetipso requiritur quod precedat materie sanctificatio. et ideo quia christus non suscepit sacramentum confirmationis in seipso. ideo in confirmatione requiritur materie sanctificatio. Et ideo dico de sacramento ordinis et sacro extreme vinctiois quod oportet quod precedat materie sanctificatio. Alia autem ratio assignatur ab eodem doctore in vltima parte summe. quia in illis scriptis in quibus requiritur minister specialiter consecratus. requiritur quod materia sacramenti conformiter se habeat ad ministrum sacramenti. sed in sacramento confirmationis requiritur minister specialiter consecratus scilicet episcopus quare in sacramento confirmationis requiritur materia specialiter consecrata. igitur in alia materia non potest fieri hoc sacramentum.

H De forma sacramenti confirmationis. Ca. iij.
Prima huius sacramenti sunt verba que episcopus dicit quando facit crucez in fronte confirmandi cum crismate. que verba sunt ista. Consigno te signo crucis et confirmo te crismate salutis. in nomine patris et filii et spiritus sancti. amen. Et quod ista forma sit conueniens forma huius sacramenti potest sic probari. Illa forma est conueniens forma scripturae quam et in qua exprimiuntur verba ea que sunt necessaria ad sacramentum confirmationis. scilicet in ista forma exprimiuntur ea que sunt necessaria ad sacramentum confirmationis. quia in confirmatione est necessarius minister conferens sacramentum. Et iste exprimitur cum dicitur. Consigno et confirmo. Et etiam ibi necessaria persona suscipiens sacramentum. que exprimitur cum dicitur te. Et etiam ibi necessaria materia facti. que

De confirmatione

exprimit cū dicitur crismate. Est etiam ibi necessaria virtus dei
referens efficaciam sacramento. que exprimitur cū dicitur in nomine
patris etc. Effectus etiam sacramento exprimitur in ista forma. Iste
istud videbitur infra quando agitur de effectu huius sacramen-
ti. quare manifestum est quod ista forma conueniens est forma
huius sacramenti.

De ministro confirmationis Cap. iiii.

Minister huius sacramenti confirmatio est episcopus solus. Cuius ratio assignatur a doctoribus talis. sicut est in
policia corporali bene ordinata. ita suo modo debet
esse in policia spirituali. sed sic est in policia corporali bene or-
dinata quod promouere aliquem ad statum et gradum excellen-
tie super alios. sicut facere militem pertinet ad illum qui habet cu-
ram communitatis. scilicet ad principem. Quia ergo confirmatio
per sacramentum confirmationis ponit in statu excellentie super alios
quod confirmatio efficit miles christi. id est referre sacramentum confirmationis per-
tinet ad solum episcopum qui habet curam totius civitatis in sua diocesi. Sed
tamen in casu necessitatis alii quam episcopus possit confirmare. Dicendum quod
in materia istius sacri sibi firmiter doctores ad inuicem. Dicunt ei
alii doctores quod papa potest committere cuiquam fidei viro quod mi-
nister sacramentum confirmationis. et assignat talem rationem. Ille qui te-
net locum christi in terris et habet plenitudinem potestatis in ecclesia dei potest
disponere in sacramentis omnibus que non fuerunt instituta a christo. sed non
legit in toto canone noui testamenti quod christus instituit sacramentum confir-
mationis dari a solis episcopis. ergo papa qui habet plenitudinem potestatis in ec-
clesia. et tenet locum christi in terris potest ordinare quod sacramentum confirma-
tionis ab alio quam ab episcopo referat. Alii autem doctores dicunt prius.
dicunt enim quod papa non potest committere alicui nisi esset episcopus quod refer-
ret sacramentum confirmationis. Et assignat talem rationem. quod in illis que
sunt de necessitate sacri non potest aliquid per papam immutari. sed episcopus
est de necessitate sacramenti confirmationis et minister sacramenti
et ideo non potest per aliquem fieri puta quod alii quam episcopus referat istud sacramentum.
Maior istius rationis procedit ab omnibus. minor est autem istius probatio sic.
quod sicut de necessitate sacramenti istius est quod materia eius sit san-
ctificata. nec aliquid possit istud mutare. ita de necessitate sacri
est quod eius minister sit sanctificatus. que sanctificatio fit in episcopali co-

Tracta. iiii. prime partis

secratione. quare solus episcopus de necessitate sacramenti est minister huius sacramenti. Alii autem doctores tenent viam mediam. et dicunt quod dominus papa non potest committere cuiquam fidei indifferenter quod offerat sacramentum confirmationis. sed omni sacerdoti potest committere. Et ratione primi dicti assignatur quod nulli potest committi quod habeat potestatem super corpus christi mysticum ad minus quam ad dispensationem sacramentorum nisi habeat potestatem super verum corpus christi. quod potestas super corpus christi mysticum descendit a potestate super corpus christi verum. sed solus sacerdos habet potestatem supra corpus christi verum. ideo soli sacerdoti potest committi quod habeat potestatem super corpus christi mysticum: et hoc in dispensando sacramenta. Sed ministrando sacramentum confirmationis habetur potestas super corpus christi mysticum quare soli sacerdoti potest committi quod sit minister sacramenti confirmationis. Ratione secundi dicti assignatur ex quodam decreto in quo legitur quod Gregorius papa commisit quibusdam sacerdotibus anglie quod vingerent baptizatos in fronte cum crismate sed in tali unctione confertur sacramentum confirmationis. quare potest committi sacerdotibus a papa quod offerat huiusmodi sacramentum. Et istud ultimum reputo verius.

S De suscipientibus confirmationem. *Ca. v.*
Sacramentum confirmationis debent recipere omnes baptizati tam viri quam mulieres. quare secundo est de militia seculari et de militia spirituali. quod miliciam seculari non debent recipere mulieres sed soli viri. quod mulieres non sunt apte ad pugnandum corporaliter. Militiam autem spiritualem possunt recipere omnes indifferenter tam viri quam mulieres. quare tam viri quam mulieres sunt apti ad pugnandum spiritualiter contra persecutores fidei sed militia spiritualis datur in confirmatione. quare sacramentum istud potest recipere tam viri quam etiam mulieres. Et hoc est quod dicit apostolus In christo iesu neque masculus neque femina. vult dicere quod quoad christum non est differentia inter masculum et feminam. Sed nunquid pueri sunt confirmandi. Dicendum quod sic cum incipiunt habere sum rationis. quare tunc sunt apti ad profitendum fidei christi. Et in sacramento isto datur spiritus sanctus ad robur. ut fides christi audacter recipiatur et confiteatur. Sed nunquid sine peccato potest aliquis omittere ne vniquam recipiat istud sacramentum confirmatum

De confirmatione

tionis. Dicendum quod sine isto sacramento potest quis esse saluus
quod multi non confirmati saluantur sed si occurrit oportunitas susci-
piendi istud sacramentum quilibet debet ipsum suscipere. et si sine
causa rationabili omittat ipsum suscipere peccat mortaliter nisi sus-
cipiat ipsum. Et ratio huius potest esse ista. quod quilibet quantum est in
se debet se disponere ad suscipiendum gratiam vel eius augmentum
si sit capax eius pro quod profert gratiam vel auget. sed in sacro confirmatio-
nis si digne suscipiatur profertur gratia vel auget. ergo quilibet habi-
ta oportunitate debet suscipere istud sacramentum. Et ideo sa-
cerdotes habentes curas animarum debent instruere parrochi-
anos suos. ut quando episcopus fuerit presens in parochia sua susci-
pant istud sacramentum.

De ritu confirmationis Cap. vi.

Ritus istius sacramenti confirmationis est quod aliquis
confirmatus inungitur per modum crucis ab episcopo in frons
te cum crismate sub forma verborum supraposita. Con-
firmatio te re. Et iste ritus est conueniens. Cuius ratio est. quod in ritu
sacramenti debent signari virtus et effectus sacramenti. modo
virtus et effectus istius sacramenti confirmationis est quod per
ipsum datur spiritus sanctus ad audacter fidem christi confite-
dum. et quod per ipsum confirmatus efficiatur pugil christi. Et ista
assignantur in ritu istius sacramenti. Nam per unctionem sig-
nificatur quod confirmatus in confirmatione efficitur pugil chri-
sti. Nam antiquitus pugiles inungebantur. Per aliam autem
signatur quod confirmatus debet audacter confiteri fidem christi
Naza confessione fidei christi posset aliquis impediri propter
duo. scilicet propter verecundiam vel propter timorem. Contra pri-
mum fit confirmatio crucis cum crismate in fronte ut scilicet non erubescat
confiteri fidem christi. quia in fronte primo apparere vere-
cundia. quod quando homo verecundatur frons incipit pro-
erubescere. ideo contra ruborem verecundie inungitur frons
Sed contra timorem fit etiam crux in fronte. quia quando ti-
met homo incipit frons et tota facies palefcere. ideo contra
timorem munitur homo confirmatus signo crucis. Alapa
autem que datur confirmato non est de necessitate sacramen-
ti. sed propter memoriam datur. **Locus autem unctionis**
c ij

Tracta. iiii. prime partis

debet aliquo panno lineo mundo inuolui propter reuerenti-
am sacramenti.

E De effectu confirmationis Cap. vii.
Effectus huius sacramenti confirmationis est. qz vt
dictū est supra. in eo dat spū sanctus z robur ad au-
dacter pfitendum nomen z fidem christi. vñ nisi sit
obex. i. impedimentū ex parte suscipientis in isto sacramento
dat nona gratia vel antiqua auget. Est etiā alius effectus isti
us sacramenti. qz per ipsuz si bñ z digne suscipiat peccata ob-
lita mortalia z venialia dimittunt. Per istud etiā sacramen-
tū nō imprimis caracter vt dictū est supra. ideo istud sacramen-
tū nō potest nec debet bis suscipi. immo qui bis illud scienter
suscipet mereret fm leges decapitari vt dcm̄ est supra de baptis-
mo. Sciendū autē qz caracter confirmatiōis presupponit ca-
racterē baptisimi. qz nullus potest accipere istud sacramentū
nisi fuerit baptisatus. Per istud etiā sacramentū contrahit
cogaatio spiritualis sicut per baptismum. que impedit ma-
trimonium contrahendum z dirimit iā contractuz. De hoc
cm̄ dicit infra quādo dicit de matrimonio. Et hec de sacra-
mento confirmationis dicta sufficiant.

Tractatus quartus prime par- tis de eucharistia. Et habet vndecim capitula.

D Ostū dictum est de ge-
neratione spiritali que fit i baptismo: z augmē-
to spiritali qd fit in confirmatione. dicendū est
de spūali nutrimento qd datur in sacramento
eucharistie. Circa quod p̄sideranda sunt vndecim. Primo
quid est eucharistia. Secōdo de ministro eucharistie seu missę
quis z qualis debet esse. Tercio de materia sacramēti eucha-
ristie. Quarto de forma eucharistie. Quinto de loco vbi de-
bet missa celebrari. Sexto de tpe quo debet celebrari missa.
Septimo quotiens debet missa celebrari in die. Octauo de
vestibus quibus debet indui sacerdos in missa. Nono cui de-
bet dari sacramētū eucharistie. Decimo de ritu missę. An/